Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41420
Copyright: Melk, Benediktinerstift

De negligencia

Negligencia utrum sit peccatum mortale Respondeo secundum Thomam 2a 2e
q. 54 Dupliciter potest esse mortale uno modo ex parte eius
quod pretermittitur per negligenciam · quod si est de his que sunt de
necessitate salutis · siue sit actus siue circumstancia erit
peccatum mortale · Alio modo ex parte cause · Si enim vo-
luntas intantum sit remissa circa ea que sunt dei quod totaliter
a dei caritate deficiat talis negligencia est peccatum mortale ·
et hoc precipue contingit quando negligenciam sequitur contem-
ptus · Alioquin si negligencia contingat ex pretermissione
actus aut circumstancie que non sit de necessitate
salutis nec hoc fiat ex contemptu · sed ex aliquo defectu
feruoris qui impeditur interdum per aliquod veniale · tunc
negligencia non est peccatum mortale sed veniale